



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Bavariae Sanctae Volvmen ...**

**Rader, Matthäus**

**Monachii, M.DC.XXIV.**

S. Albinvs Sev Albinvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

## S. ALBINVS

SEV ALBINVS.

CIS. XLIV.

7. Febr.

Myram p. 279.

Notitia Episcopatus  
orbis Christiani.

Prop. Briximens.

Hund. metrop.

Petr. de Natal. in

S. Ingenuino.

Barthol. Trident. in

vita S. Genuini.

Martyrol. Rom.



Ec de hoc nisi pauca ab rerum sacrarum scriptoribus tradita ad manus nostras peruenere. Equestri loco natum aiunt. Othone Magni nepote & Henrico S. imperantibus Sabionensem primum Ecclesiam procurasse, dein Brixinam migrasse, vbi hodieque Episcopi pontificatum Brixinensem administrant. *Quadringentis autem post Ingenuinum & amplius annis (ita narrant Fasti Brixinenses) Othone tertio & Henrico Sancto successue imperantibus, Albinus Ecclesie Sabionensis vigesimus octauus Episcopus extitit. Hic nobili genere natus, propter admirabilem vite integritatem a prefato Sancto Imperatore & magni habitus & praclaris beneficijs est affectus. Porro cum sedem episcopalem a Sabiona Brixinam transtulisset, omnesque optimi pastoris partes expleuisset, demum sanctitate ac virtutum signis coruscans transiit ad Dominum. Corpus eius corpori S. Ingenuini, multos post annos Brixinam transportato, hac ipsa obitus sui die celebriter appositum est. Amborum reliquia in summo altari Ecclesie Cathedralis religiose asseruantur.*

Nec ferè plura de hoc Albuino cognoui. Nomen à duce Longobardorum patrium est Aluicin, quo nomine Alboinus primus in Italia Longobardorum princeps. Fuere & alij Albuini seu Albini, Lugdunensis alter, alter Gandensis pontifex cælitibus accensi. Brixina id æui in Boiorum principis ditione erat. nam Henricus S. Imperator Dux Boiariae fuit, ad eumque omnis Tirolis pertinebat, quæ ferè admodum à Boijs est auulsa.



B. M. GEBE.